

QUE DESUNT FIDEI VESTRE. — Græce est, καὶ καταλείποντες τὰς μέμβρας τῆς σαρκὸς ὑμῶν, q. d. Ut perficiam artus, membra et compaīnes, que adhuc desunt fidei vestræ, ut ita corpus fidei vestræ integretur et omnibus suis partibus quasi membris perficiatur. Græcum enim καταλείποντες, dicitur de corpore quod suis artubus et membris integratur, complectur et perficitur. Eodem sensu dixit Paulus se implere τὰς ἀρετὰς, id est ea quæ desunt passionibus Christi, Coloss. 1, 24, q. d. Opto vos videre, ut imperfectam evangelizationem meam et instructionem vestram, quam ob Judæorum persecutionem abrumperæ coactus sum, absolvam et perficiam.

Voss. 12. 12. Vos autem Dominus multiplicet, — ut numerus fidelium, quem relinquere coactus sum, multiplicetur et numero augeatur.

ET ABUNDARE FACIAT CHARITATEM VESTRAM IN INVICEM, ET IN OMNES. — Ita Romana, sed Græca habent, καὶ περισσεύετε τὴν ἀγάπην ἐκ ἀλλήλων, καὶ ἐκ πάντων, id est et abundantes, sive exuberantes faciat mutua inter vos charitate, et in omnes: sed mutato hoc casu, eodem tamen redit sensus.

QUOMADMODUM ET NOS IN VOBIS, — supple, charitate jam dicta abundavimus. Ita Anselmus.

13. AD CONFIRMANDA CORDA VESTRA (potest ad Vers. 12.

Paulum referri, q. d. Charitate abundavi in vos, ut confirmarem corda vestra in sanctitate. Secundo et melius, referas ad Deum, q. d. Deus abundare faciat charitatem in vobis ad hoc, ut confirmet corda vestra), SINE QUERELA (græce ἀποκρίσεις, id est irreprehensibilla) IN SANCTITATE (ut scilicet id in sanctitate confirmata sint, ut nemo de eis, eorumque imparitate aut vitio queri possit, idque) ANTE DEUM (id est coram Deo, ita ut Deus nihil in cordibus vestris culpare possit, sed tota esse sancta iudicet), IN ADVENTU DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, — supple, ut sint et inveniantur corda vestra sancta et sine querela in adventu Christi, quo cum omnibus Sanctis veniet ad iudicium. Apostolus enim spiritu plenus conglomerat hic multa, que affectus suggererat, nec de verbis est sollicitus, sed verba nonnulla subicit et subaudit, juxta Can. 38.

Vere S. Chrysostomus hic, homil. 4: « Paulus, inquit, cum videret dilectorum quorundam lacrymas, ita perfringebatur et conterebarur adamas ille, ut diceret: Quid facitis flentes et contemntes cor meum? Nam omnibus resisto, una dec. 12. dempta dilectione: illa nãe vincit et superat.»

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Pergit hortari ad vitam Christianam, puram et sanctam, atque ad fugam fornicationis. Secundo, vers. 9, reficit eis studium charitatis fraternæ, et vers. 11, fugam otii et laborem manuum. Tertio, vers. 12, agit de fide et spe resurrectionis: scilicet ne contristentur in sua vel suorum morte, asseverat, quod fideles pie mortui brevi resurgent, ita ut non tam mortui quam dormire videantur; quodque Christo cum tuba Archangeli venienti ad iudicium omnes simul occurrant in aera, ut semper cum eo sint et regnent in caelo.

1. De cætero ergo, fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu ut, quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic et ambuletis, ut abundetis magis. 2. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum. 3. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineteis vos a fornicatione, 4. ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore, 5. non in passione desiderii, sicut et Gentes, quæ ignorant Deum; 6. et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus. 7. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. 8. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum Sanctum in nobis. 9. De charitate autem fraternitatis non esse habemus scribere vobis: ipsi enim vos a Deo didicistis ut diligatis invicem. 10. Etenim illud facitis in omnes fratres in universa Macedonia. Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis, 11. et operam detis ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis; et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis. 12. Nolumus autem vos ignorare, fratres,

de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent. 13. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. 14. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. 15. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. 16. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquamur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus. 17. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

1. AMBULARE ET PLACERE DEO. — Ita de Henoch dicitur, Genes. v. vers. 22: « Ambulavit Henoch cum Deo, » q. d. Henoch ita sancte et pie vixit, quasi Deum semper præsentem præ oculis haberet, et reveretur; ideoque in omni opere cautissimus, modestissimus, religiosissimus semper incedebat, eratque Deo, Deique voluntati per omnia concessions, perinde ac homo cum homine amico, vel domino suo ubique et indivulse inambulans, illi per omnia consentit, illi in omnibus se conformat. Unde tulit et rapuit eum ad se Dominus, tanquam altiore terra, Deo angelisque dignum, imò familiarem. Hinc Abraham mandat Deus, Genes. xvii, 1, dicens: « Ego Deus omnipotens, ambula coram me, et esto perfectus. » Magna ars et sapientia est nosse ambulare cum Deo.

SIC ET AMBULETIS, UT ABUNDETIS MAGIS, — q. 2. Rogo vos ut sic conversemini, ut in dies proficiatis in via incepta, scilicet ut conemini quotidie vosipos superare, progredi et excellere in vita et virtutibus Christianis. Ita Anselmus. Græca non habent τὴν sic et ambuletis, sed tantum τὴν πορεύσασθαι μαζω, id est, ut abundetis magis, supple, in hæc ambulatione et placencia (ut ita loquar) Dei, Chrysostomus et Theophylactus sic expliçant: Ut abundetis magis, id est, inquit, ut aliquid supra mandatum cupiatis facere, ut imperata superetis; quemadmodum enim terra non ea solum semina, quæ accepit, reddit et profert: sic animus non debet in acceptis consistere, sed ea etiam transcendere.»

Christiana non est vita, nisi ambuletis. Nunc cepi: et illud Psal. lxxxiii, 8: « Inbuit de virtute in virtutem; » hebraice כחל אל כחל mechil et chail, id est, ut Hieronymus vertit, inbuit de fortitudine in fortitudinem, quia scilicet, sicut indies gratia Dei floret, et ascendat in Sion, id est in caelum, ubi palmam videant Deum deorum. Fulchre S. Bernardus ad Drogonem, epist. 34: « Nemo, inquit, perfectus est qui perfectior esse non appetit; et in eo quoque perfectiorem se probat, quod ad maiorem tendit perfectionem.»

2. SCRIS ENIM QUAE PRÆCEPTA DEDERIM VOBIS PER DOMINUM JESUM, — id est per auctoritatem et mandatum Domini Jesu, ego Paulus quasi legatus Jesu præcepta vobis dedi. q. d. Præcepta,

quæ præcepi, non mea sunt, sed Christi; Christus est legislator, ego Christi sum præco: multa enim fidei, virtutum et Sacramentorum mandata in particulari vobis et Christianis aliis proponenda et promulganda tradidit mihi Christus, reliqua mihi sancienda demandavit, iussitque ut eas leges Christianis prescriberem, quas eis, pro rerum exigentia, convenire putarem. Sic vulgo dicit aula vel parlamentum se ferre legem vel edictum per le Roi, id est per regem, quia regis vice, nomine et auctoritate legem vel edictum fert et sancit.

3. HEC EST ENIM VOLUNTAS DEI, SANCTIFICATIO VESTRA, UT ABSTINEATIS VOS A FORNICATIONE. — Nota primo: Dei voluntas hic intelligitur non illa, quæ dicitur beneplaciti, qua Deus creat et facit quicquid illi libet et placet, sed illa quæ dicitur signi, qua scilicet significat Deus quid velit et jubeat nos facere, scilicet ut studeamus sanctificati.

Secundo, integra « sanctitas, » inquit S. Dionysius, tam in Deo, quam in nobis et angelis, « est ab omni iniquatione libera, incontaminatissima et perfectissima puritas. » Et sic sanctitas opponitur cuivis peccato, estque virtutum omnium completio. Hic vero, et I Cor. vii, 34, sola castitas dicitur sanctitas; opponitur enim hic et vers. 7, fornicationi et immunditie. Unde et subdit: « Ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, » id est in puritate et castitate, ut mox dicam. Ratio hujus nomenclaturæ est hæc, quod, sicut libido est bestialis, pudenda et maxima impuritas: sic e contrario castitas, summa est et maxima puritas, quæ hominem angelicum facit; imò eum efficit templum Spiritus Sancti, ut insinuat Apostolus, vers. 8. Hinc et Poeta, Æneid. XI:

Tuque ô sanctissimus coeque,
Felix morte tua.

« Sanctissima, » id est castissima; et Æneid. XII:

Sancta ad ves animæ, atque iustus inscia culpa
Descendam;

« Sancta, » id est pura et casta.
Præclare S. Cyprianus, tract. De Oral. Domonica, explicans illud, Fiat voluntas tua: « Voluntas, ait, Dei est quam Christus et fecit et docuit humilitas in conversatione, stabilitas in fide,

verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, in iuriis facere non esse, et factam posse tolerare; cum fratribus pace tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quod Deus est: Christo nihil omnino proponere, quia nec Jobis quidem ille praecepit; charitati ejus inseparabiliter adherere, cruci ejus fortiter ac fidenter assistere; quando de ejus nomine et honore certamina est, exhibere in sermone constantiam, qua confitemur; in questione fiduciam, qua congregamur; in morte patientiam, qua coronamur. Hoc est coheredem Christi esse velle, hoc est praeceptum Dei facere, hoc est voluntatem Patris adimplere.

4. UT SCIAT UNUSQUISQUE VESTRUM VAS SUUM POSSIDERE IN SANCTIFICATIONE ET HONORE. — Queritur, quodnam hoc vas? S. Augustinus, lib. I *De Nuptiis et Concupiscentia*, cap. VIII, et lib. IV *Contra Julianum*, cap. X, et lib. V, cap. IX, per vas uxorem accipit, q. d. Quisque honeste et caste uxore sua utitur. Sic *Proverb.* v, 15, dicitur: «Bibe aquam de cisterna tua.» Ubi Septuaginta vertunt, *ibi, bibe aquam de visis tuis*, cujus loci sensus hic est: voluptatem conjugii castam, puram et fecundam hauri de uxore tua, quae tibi sit instar cisternae, et vas puri carnis luto fornicationis, zelotypiae, morositatis, etc. Ita Beda, Jansenius et alii in dictum locum. Sic S. Petrus, *epist.* I, cap. III, vers. 7, monet maritos ut uxoris quasi inferiori vasculo condoleant et descendant. Pari modo videtur hic jubere Apostolum viris, non tantum ut aliena uxore abstineant, sed etiam ut sua, quasi vase sancto, caste et moderate utantur: «Praecipitur, ait Hieronymus, aut potius Babanus in cap. I *Thren.*, viris, ut certa concubitus norint tempora. Nam, ut ait Ecclesiastes, tempus amplectendi, et tempus longefieri ab amplexibus. Caveat ergo uxor, ne vieta libidine alliciat virum; et maritus, vim ne faciat uxori, putans omni tempore subjectam sibi esse debere conjugis voluptatem. Unde et Paulus ait: Ut noverit unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctitate.» Nam, pulchre ait Xistus philosophus: «Adulter est uxoris amator ardentior.»

Verum quia apud Thessalonicenses multi, praesertim juniores, erant adhuc caelibes et sine uxore, Apostolus autem cuique hoc vas tribuit; generalius et melius cum Chrysostomo, Theodoro, Theophylacto, Ambrosio, Eusebio, Anselmo, per vas accipimus corpus, quod generatim phrasim Hebraea dicitur *vas*, id est instrumentum hominis: sicut enim faber sua regula vel trulle quasi instrumento utitur ad omnem fabricam, ita anima utitur corpore quasi instrumento et organo ad omnes suas actiones, adeo ut nec intelligere quidem possit sine sensibus et pharasmatis corporis. Sic Plato dixit corpus esse vas animae. Sic dicitur Paulus *vos electionis*, id est instrumentum a Deo electum ad conversionem

Gentium. Sic *Genes.* XLIX, Simeon et Levi dicuntur *vas*, id est instrumenta, *iniquitatis*, hoc est iniqua: caelis et vastationis Sichimorum. Vel *secundo*, corpus dicitur vas animae speciatim et proprie, quia sicut vas recipit et continet vinum, ita corpus recipit et continet animam. Et sicut vas sordidum et putidum vinum ipsum afficit et corrumpit, ita corporis sordes, pollutiones et libidines inquinant animam. Hinc est illud Apostoli, I *Cor.* vi, 18: «Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat:» quia illud polluit, sordidat, contaminat. Sic David, I *Reg.* XXI, petens a pontifice sibi et suis dari in necessitate famis panes propositionis, cum ille peteret: «Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus?» respondit: «Continuum nos ab heri et nudius tertius; et fuerunt vasa purorum sancta,» id est corpora impolluta. «Porro via haec polluta est,» q. d. Usus hic laicus et pollutus est, ut scilicet ego et mei socii, qui sumus laici, vescamur panibus propositionis, quibus solis sacerdotibus vesci licet; «sed sanctificabitur in vasis,» id est non polluetur panis hic, sed sancte recipietur in sanctis et puris corporibus nostris, in hac necessitate famis, quia etiam laici licet vesci panibus sanctis. Ita Abulensis ibi.

Uult ego Apostolus hic, ut «quisque vas,» id est corpus, «suum possideat» quasi dominus (non autem quasi servus serviat cupiditatis corporis) «in sanctificatione et honore,» id est sancte, hoc est caste et honeste, «non passione desiderii,» id est non in affectu libidinis, ut scilicet mens non serviat desiderii carnis, sed *caro* serviat rebus voluntatibus mentis, ait Anselmus. Ita Philosophus ille dixit adolescenti cuidam voluptuario: Non pudet te, cum sis ingenuus, facere mancipium corporis tui? Anacharsis quoque statutis inscribebatur: Linguae, ventri, pudendis temperandum; quod maximorum malorum causa sit lingua effrenis, et luxu nihil turpius, et libido peccudem ex homine reddit: testis Laertius, lib. I, cap. IX. Aliter Chrysostomus et Theophylactus per passiones desiderii, accipiunt delicias, opes, otium, socordiam, et quicquid concupiscentiam inflamat: his enim amputatis, tuta est castitas tam mentis, quam corporis.

6. ET NE QUIS SUPERGRIDIATUR, NEQUE CIRCUMVENIAT IN NEGOTIO FRATREM SUUM. — Nota: Non agit Apostolus de fraude, avaritia et injustitia opum, sed de injustitia et fraude tori, id est de adulterio; agit enim de libidine et immunditia. Adulterium ergo vocat supergressionem et circumventionem. Supergressionem id est praeparationem et oppressionem, qua quis proximorum invadit supercandendo (hoc enim est Graecum *ὑπερβαίνω*) et adulterando: idem circumventionem vocat, qua quis fraudulenter usurpat uxorem alterius, quae Graece hic dicitur *ἀδελφεία*, id est nimia cupidio habendi non opes, sed pellices: qui enim sua uxore contentus non est, sed

aliam appetit et invadit, is *ἀδελφεία*. Ita Chrysostomus, Theodoretus et Hieronymus, in cap. IV *Ephe.* vers. 19; ibi enim *ἀδελφεία*, sive, ut Noster vertit, «avaritiam,» pro illicita et immoedica venerorum cupiditate usurpat Apostolus, ut ibi dixi. Cum ergo ait hic: «in negotio,» intellige fornicationis. Sic *ἁρπαγή* Graecis vocatur fornicatio, aequae ac Latini, ut cum dicunt rem habere cum meretrice: sic ea in ab Italis vocatur *negotium*, honesta apositio: s. S. Clemens, lib. III *Constit. Apost.*, cap. 11: «Adolescentes, ait, viduae in gradum vidualem ne cooptentur, ne excusando non posse continere fervorem adolescentiae, aliquando ita rum nubentes, in negotio (id est libidine et copula, ut ibidem explicat Turrianus) sint.» Unde epheans subdit: «Subvenendum est illis, ne excusando se derelinquant nubentes negotio turpi implicentur (1).»

7. NON ENIM VOCATIT NOS DEUS IN (AD) IMMUNDITIAM, SED IN (AD) SANCTIFICATIONEM. — id est castimoniam. Christianismus enim est professio castitatis et detestatio libidinis, ita ut Gentes libidinibus addictae eis renuntiare debeant, et castitate amplecti, cum baptismum et Christianismum suscipiunt; ideoque in baptismo dat eis Deus Spiritum Sanctum, uti subdit Apostolus.

9. DE CHARITATE AUTEM FRATERNITATIS. — id est fraternitas. Est hebraismus: Hebraei enim omnes suae gentis vocant *fratres*. Hinc pari modo Christiani quilibet alios Christianos compellare et complecti debent ut fratres, tum aliis nominibus, tum hoc praesertim, quod eundem habent patrem, scilicet Christum, et eandem matrem, scilicet Ecclesiam. Hinc fuit olim et esse debet *ἐκκλησία* Christianorum. Zeno, rogatus quis esset amicus? respondit: *Alter ego*. Alexander ad matrem Darii, quae ex errore Ilophastionem honoraverat pro Alexandro, dixit: *Nihil est, o mater, quod turberis: nam et hic Alexander est*. Quid dicit Christianus?

10. ET ENIM ILLUD (diligere, et signa dilectionis exhibere) FACITIS IN (erga) OMNES FRATRES.

11. ET OPERAM DETIS, UT QUIETI SITIS. — Pro operam detis, Graece est *ἐργάζεσθε*, id est studiose et amblicose comminuti, inquit Erasmus; et, ut Ambrosius, *entiamini*; et, ut Syrus, *sedulam operam navetis*; Theophylactus vero vertit, ut *manifesti sitis*: disjungit enim hoc a sequentibus;

(1) Multi tamen, inter quos Alloli, his verbis vitium, quod fraude et quatuor turpi in mercimoniis continetur, castigari censent; nec repugnat contextus, quamquam commercium potius *ἐργασία* dicitur esse, quam *ἐργία*.

sed alii passim illud iis conjungunt, et patet esse conjungendum.

UT VESTRUM NEGOTIUM AGATIS, — *ἁρπαγήν ἴτε*, ut agatis res proprias.

Notat otium et curiositatem aliquorum Thessalonicensium: haec enim duo connexta sunt: indeque oritur inquietudo, vana et varia desideria, appetentia rei et felicitatis alienae, aliaque mala, quae domos et respiculis perturbant. Euclides olim rogatus a quodam, quales essent dii, quaque re polissimum gauderent? «Cetera euidem ignoro, inquit, at curiosos illis odio esse, certo scio.» Cum quidam exquireret an mundus esset animatus? et rursus, an globosus? «Vos, inquit Demonax, de mundo solliciti estis, et vestram ipsorum immunditiam non curatis.» Aegyptius bajulus gestans quid velis optatum, rudam seiscitanti quid portaret? «Ideo, ait, obvelatum est, ne scires: tu vero cur curiose vestigas quod occultatum est?» Socrates curiose de astris scrutanti: «Que supra nos, inquit, nihil ad nos.» Rursus curiosis illud Homericum obijcere solebat:

Edibus in nostris, quae prava aut recta gerantur.

Necrates nihil referre dicebat, utrum pedes an oculos inferas in aedes alienas.

Crates Thebanus vulgo dicitur esse *δοκίμοιστος*, id est otiosum apertor: quod in omnibus domos irumperet, et si quid displiceret, reprehenderet cynica libertate.

Thaletem in caelum ad astra suspicientem et lapsam in barathrum, ancilla suspiciata merito id illi accidisse dicebat: qui cum quae ante pedes essent ignoraret, caelum circumplaretur ut cognosceret.

Zeno adolescentem curiosius quid rogantem, adduxit ad speculum, utque se conspiciata merito admonuit; moxque rogavit. an videretur tibi vultui convenire quationes ejusmodi proponere?

Denique curiosi sibi talpa, aliis sunt lynces,

Et praecedenti spectatur manica tergo.

Putet ergo curiosus sibi dici a Christo, id quod ipsi dixit Petro curiosus de Joanne perquirenti: «Quid ad te? tu me sequare.»

ET UT HONESTE (*εὐσχημένως*, id est *decore*) AMBULATIS AD EOS QUI FORIS SUNT. — Hoc est, decore vos geratis cum Gentibus, ne scilicet otiosi et inertes indecore apud Gentiles mendicetis ad Ecclesiam opprobrium, cum viderint vos sanos et valentes otiosi et mendicare, sed potius ut decore victum vobis comparetis honesto labore et officio. Ita Theophylactus: omnia enim haec spectant ad fugam otii et desidiae, ad stadium laboris et operationis. Unde sequitur:

ET NELLUS ALIQUID DESIDERETIS, — q. d. Ne inopia quae ex otio sequi solet, cogamini aliena desiderare. «Piger enim, inquit sapiens, semper est

in desiderio. » Græce est, καὶ ἄνδρες ἡμεῖς ἔσμεν ἡμεῖς, id est ut nullius indignitatis: otium enim parit indigentiam et penuriam; penuria fures facit aut mendicos.

Ver. 12.

12. NOLEMUS VOS IGNORARE, FRATRES, DE DORMIENTI- bus, — illud scilicet mysterium resurrectionis, quod mox explicabo, vers. 13 (1).

Mortui vocantur dormientes: car.

Nota cum S. Augustino, serm. 32 De Verbis Apostoli, tom. X: Scriptura eos qui mortui sunt, vocat dormientes ob spem resurrectionis, qua celerime evigilabunt ex somno mortis et ex lecto, id est sepulcro suo. Ita Daniel, cap. xii, vers. 2, **ישנים** *tescenim*, id est qui dormiunt, vocat mortuos. Hinc pia fuit, et etiamnum est, Christianorum consuetudo, ut, cum aliquis mortuus esset, non dicerent: Isle mortuus est, sed, Obdormivit in Domino; idque ad amicorum consolationem, et ut multo sese excitaret ad contemptum vite presentis et spem resurrectionis. Ita Christus de Lazaro mortuo loquitur, dicens: «Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum,» Joan. xi, 11. Secundo, quia magna est affinitas somni et mortis: somnus enim est mors quaedam brevior, mors vero somnus longior. Hinc

Somnus est mors brevis: mors est somnus longior.

Poeta:

Sulle, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

Hinc etiam vocatur «consanguineus lethi sopor.»

UT NON CONTRISTEMINI, SICUT ET CETERI, QUI SPREM NON HABENT. — Notat S. Augustinus, serm. 32 De Verbis Apostoli, non prohibere Apostolum omnem tristitiam in morte defunctorum amicorum; hæc enim naturalis est: sed eam tantum quam habent Gentiles et impij, «qui, ut ipse ait, spem non habent. Contristamur ergo nos, inquit Augustinus, in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi; inde tristamur, hinc consolamur; inde infirmitas afficit, hinc fides reficit; inde dolet humana conditio, hinc sanat divina promissio.»

A. Augustinus docet secundum esse et pro infanciam.

Rursum, ex hac spe resurrectionis et glorie celestis, inferit S. Augustinus pliam esse traditionem Ecclesie, ut pro defunctis sacrificemus, oremus et elemosynas demus. «Hoc enim, inquit, a Patribus traditum universa observat Ecclesia, ut pro eis qui in corporis et sanguinis Christi communionem defuncti suat, cum ad ipsum sacrificium

(1) Videtur fuisse later Thessalonicenses qui falsas opinionas habebant circa secundum Christi adventum. 4. Nemp quidam opinabantur Christum mox recitaturum in hanc terram orbem, et regnum splendidissimum constituturum, ita ut operari et regnum splendissimum crederent. 2. Quidam eorum sortem conquirebantur, qui jam defuncti erant, quoniam putabant horam vel nullam, vel dilatam, vel non præcipuam partem, fore in illo Christi regno. Contra istas Christianorum opinionas disputare videtur Paulus, ut doceat, 1. tempus huius adventus omnino ignotum esse (cap. v, 2 seq.); 2. Christum, cum venerit, in celum esse ducturum demortuos Christianos pios una cum superstitibus in hoc terrarum orbis, nec horum conditionem meliorem fore, quam illorum (vers. 14).

cium loco suo commemorantur, orefer, ac pro illis quoque id offerri commendetur. Cum vero eorum commendandorum causa opera misericordie celebrantur, quo eis dubitet auferri pro quibus orationes Deus non inaniter allegantur? Notat hæc Novantes, discantque ex Augustino Missam esse sacrificium, in corpe pro defunctis orari solere, ut scilicet penis Purgatori liberentur, idque ex traditione totius Ecclesie.

13. SI ENIM CREDIMUS QUOD JESUS MORTUUS EST ET RESURREXIT, ITA (supple, pariter credere debemus, quod) DEUS EOS QUI DORMIERUNT PER JESUM, ADDUCET CUM EO, — aut certe per hypallagen sic verba ordinanda sunt: «Si (id est sicut) Iesus mortuus est et resurrexit, uti credimus, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.» Notat Theophylactus *in per Jesum bifurcam posse accipi: primo, ut referatur ad adducet cum eo, q. d. Per gratiam Jesu Christi resurgemus; secundo et melius, ut referatur ad eos qui dormierunt, sitque periphrasis fidelium defunctorum: fideles enim, qui Christum in seipsis habentes moriuntur, dormiunt per Jesum, id est in Jesu, puta in Jesu fide, charitate ac spe resurrectionis. Sic dicitur accipiunt pro iv, vers. 16, et Iona, xiv, 11; Apocal. xiv, 13. «Adducet» hos Deus, scilicet et sepulchris evocatos ad vitam novam et gloriosam, atque ad beatam immortalitatem, ut dicitur I Cor. xv, 53. Probat hic Paulus nos resurrecturos exemplo Christi, idque duplici titulo et argumento, q. d. Christus resurrexit, ergo et nos resurgemus: tum quia Christus fuit homo nobis similis, mortuusque est uti et nos moriemur; tum quia Christus ut caput nostrum virtutem resurgendi in nos quasi membra sua induit, ut sicut in illo jusque fide et spe vicimus et mortui sumus, ita et in eodem resurgamus.*

14. HOC ENIM VOBIS DICIMUS IN VERBO DOMINI, — id est per verbum, revelationem et doctrinam Domini, q. d. Non quod a meipso, sed quod a Christo didici, loquor et doceo, mysterium scilicet resurrectionis, quod sequitur.

QUIA (quod) NOS QUI VIVIMUS, QUI RESIDUI SUMUS IN ADVENTU DOMINI. — Græce *εἰς τὴν παρουσίαν*, id est in adventum, et ita legunt Romana Biblia, q. d. Nos qui relinquimur superstites usque in adventum Domini, ut in illo adventu viventes reperiamur. Ubi nota: Paulus ita de se loquitur, atque si victurus esset usque ad adventum Domini, hoc est, usque ad diem judicii, non quod ita futurum putaret, sed ut illius diei terribilis et incerta memoriam nobis et timorem perpetuum inculcetur, ut semper suspensi illum diem expectemus et ad eum nos comparemus. Est ergo hic enallage personæ: «Nos qui vivimus,» id est quicumque vivunt, sive ex nobis, sive ex posteris nostris, quorum ego personam hic induo et subeo, ut de his in mea persona loquar. Ita S. Augustinus, lib. XX De Civit., cap. xx.

NON PRÆVENIEMUS (in resurrectione, de

vers. preced.) EOS QUI DORMIERUNT. — Græce *καθύπνουσιν*, id est, somno (scilicet mortis) sopitos; Augustinus, lib. XX De Civit., xx, legit, qui ante dormierunt. Unde in Græco videtur legisse non *καθύπνουσιν*, sed *παραύπνουσιν*, q. d. Nos qui adhuc vivimus, et quicumque vivunt in die judicii, non prius resurgemus, aut gloria donabimur, quam illi resurgant ad gloriam, qui ante nos jam pridem mortui computruerunt, q. d. Videte ergo, quam facile et subito Deus dormientes, quos dixi, putidos licet et in cinerem versos, suscitabit: ne ergo fratres et amicos mortuos multum legeatis, ac de his contristemini, ut dixi vers. 12. Unde notat Theophylactus facile hinc dicere Apostolum idem quod dixit in epist. I ad Corinth. xv, scilicet quod in momento et in ictu oculi resurgemus. «Quia enim, inquit Theophylactus, difficile videbatur, eos qui computruerunt, resurgere, hinc ait Paulus quod viventes haudquaquam anteverint illos (quia scilicet in momento resurgent omnes), ac quemadmodum Deo facile est, viventes et integros adducere ad Christum, sic et illos corruptos.» Prius ergo mortui non longius distant a resurrectione quam posterus defuncti, aut si qui vivunt: utriusque enim simul resurgent.

Aliter hæc accipit S. Methodius apud Theophylactum: Nos inquit, qui residui sumus, id est anime immortales non prævenient corpora in resurrectione; sed corpus simul cum anima resurget ad vitam immortalem. Sed hoc non est ad mentem Apostoli; sic enim dicere debuisset: «Non præveniemus ea,» scilicet corpora; jam autem dicit eos, scilicet homines dormientes.

15. QUONIAM ITSE DOMINUS (Christus iudex) IN JUSSU ET IN VOCE ARCHANGELI, ET IN TUBA DEI DESCENDET DE COELO. — Theophylactus distinguit jussu a voce: Jussio, inquit, Dei faciet reddere terram corpore, eaque suscitabit et in immortalitatem transformabit; vox vero Archangeli, aliis angelis administrantibus, efficiet, ut suscitati omnes per diversa loca dispersi, in unum colligantur. Sed hoc non satis solide dicitur; vox enim Archangeli non tantum colliget, sed et suscitabit mortuos, ut dixi I Corinth. xv, 52, et hic insinuat Apostolus, cum subdit: «Et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.»

Secundo, melius idem Theophylactus cum Chrysostomo accipit hæc per epegesin, vel hendyadin: «In jussu et in voce,» id est in jussu qui sit vox, vel in jussu vocis Archangeli: Rursum, «in jussu,» id est cum jussu; in voce, id est cum voce: sæpe enim Hebræi *bet*, id est *in*, usurpant pro *in*, id est cum.

Nota: Pro *in jussu*, græce est *ἐν κροτάφῳ*, id est in (cum) celensmate; celensma autem est conclamatio auturum invocem se adhortantium, ut uno velut concentu et conatu simul omnes remos attollant et remigare incipiant. Videtur ergo tale fore commune celensma aliorum angelorum, qui, insitante Archangelo, simul et ipsi

suis vocibus vel tubis in singulis orbis partibus pariter conclamabant, ut ubique simul omnes resurgant. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Anselmus.

IN VOCE ARCHANGELI ET IN TUBA DEI. — St epegesis, vel hendyadis, ut dixi, q. d. In voce Archangeli, qua sit tuba Dei, vel in voce tubæ, aut tubæ Dei: vox ergo Archangeli eadem erit cum tuba Dei. Dicitur Dei hebraismo; id est maxima et maxime sonora, ut per totum mundum audiat. Sic dicuntur montes et cædi Dei, id est maximi et altissimi: omnia enim quæ Dei sunt, maxima sunt. Secundo, dicitur Dei, quia Dalm iudicæ præbit, uti tuba solet regem vel imperatorem præire. Tertio, dicitur vox Dei, quia magnifica erit et horribilis instar tonitru, talisque qualis decet majestatem divinam, ut ei quasi proportionetur. Unde hujus tubæ typus fuit tuba illa angeli proclamantis Judæis deoalogum in Sina, Exodus cap. xx, vers. 18. Ita ex Chrysostomo Theophylactus

Hinc nota primo, quod tuba hæc non erit spiritualis imperium Christi, ut voluerunt nonnulli ex S. Gregorio; sed erit sensibilis clangor et vox tubalis formata ab angelo in aere vel ex solius aeris collisione, vel potius per realem tubam, ut vult Anselmus in *Elucidario*, et alij; nam Christus, Paulus et Patres semper vocant tubam, tubaque aptissimum est instrumentum etiam angelo, ut maxime sonorem, ex aeris ad latera tubæ impulsu et collisione, vocem edat. Ex qua materia sit hæc tuba futura, an ex argento, an ex ære, ut opinatur Franciscus Suarez, an ex mube et meteoris, an ex alia materia magis sonora, quam homines ignorant, sed non aurum angeli incertum est.

Nota secundo: Ad hunc finem canet hæc tuba: primo, ut omnes homines exortet a mortuis, eosque citet ad iudicium, ut satis patet Joan. v, 28; secundo, ut electos vocet ad sollemnitatem et letitiam beate æternitatis instar tubam, quæ Hebræos vocabat ad festa, Num. x, 8 et 10: ita Anselmus; tertio, ut terreat reprobos et vocet electos ad bellum, ut reprobos deturbent in gehennam. Ita Anselmus: erit enim quasi classium millare.

Nota tertio: I Corinth. xv, 52, vocatur hæc tuba *Evangelium*; quia post tubas septem angelorum, quibus ante diem judicii plagas maximas toti orbi inducent, de quibus Apoc. cap. viii et ix hæc sequitur ultima, clamabuntque ac intonabunt, *Surgite, mortui, venite ad iudicium*; ut dicitur Chrysostomus et Theophylactus, doctique D. Soto in IV, dist. xxiii, Quest. I, art. 4. *Insabit autem*

Nota quarto: Hæc tuba Archangeli, Joan. v, 28, vocatur «vox Filii Dei,» quia licet ministerio angelorum, jussu tamen Filii Dei formabitur, ab eoque vim suscitandi mortuos accipiet: «Venit, inquit, hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus (Filii Dei), et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii (damnationis æternæ).»

Yox Archangeli est eadem cum tuba Dei.

Tribus sensus hæc tuba vocatur Dei.

Ad quid canet?

Erunt novissima.

Quomodo
mortui
audient
hanc vo-
cem? Pri-
mo.
Secundo.
Tercio.
Quarto.
Quinto.
Sexto.
Septimo.
Octavo.
Nonno.
Decimo.

Petes: Quomodo mortui possunt hanc vocem audire? Respondeo: *audient*, id est obediunt hanc vocem: *vel audient*, id est obediunt resurgendo: perinde ac si audirent vocem Filii Dei; qui vocat ea que non sunt quasi ea que sunt: ut sit catachresis. Erit enim hec tuba, ut multi Patres et Doctores docent, instrumentum saltem morale resurrectionis, per quod Christus operabitur resurrectionem: sicut verba consecrationis sunt instrumentum transsubstantiationis. Unde S. Joannes addit: « Et qui audierint (hanc vocem), vivent. » Dico *morale*, non enim necesse videtur, aut congruum satis, huic tubae tribuere vim physicam suscitandi mortuos.

Secundo. Adde *secundo*, audient mortui hanc vocem postquam resurrexerint: resurrectio enim fiet in instanti, cum tuba canet: « Surgite. » Ita ut hanc voce protracta et sonante resurgentes, illam adhuc audire possint, vel certe illud, quod tuba subjungit: « Venite ad iudicium. » Ita Francisus Suarez, III *part.* *Quest.* LV, art. 1. Erit enim hec tuba quasi preico citans omnes ad iudicium. Unde canit Ecclesia: « Tuba mirum spargens sonum per sepulchra regionum; evoget omnes ante thronum. »

Morale.
quomodo
ritus
erit hi
elaborat
ad ista
ha.
Sexto.
Septimo.
Octavo.
Nonno.
Decimo.

Moraliter S. Chrysostomus hic, *hom.* 8, pag. 1370: « Quando igitur illa facta fuerint, tunc et vox audietur Archangelis angelis: reliquis imperantis et clamantis; audient tunc tuba, imo tubarum sonitus. Qualis igitur tremor, qualis timor eos, qui in terra tunc erunt, qui iudicem expectabunt, obtinebit! Una namque rapietur, et una relinquetur; et unus accipietur; et unus relinquetur! Quis erit tum animus illis, qui istos quidem sublatis videbunt, se vero relictos? An non quavis gehenna terribilis eos ita dejectos ac consternatos reddere poterit? Fingamus itaque sermone jam illud adesse: si enim mors repentina, aut evitatum motus, et relique minae animos nostros ita concutiant, quando viderimus terram disruptam, et his omnibus referentiam, quando audierimus tubam, quando vocem illam Archangelis quavis tuba clariorem perciperimus, quando celum hoc undique sursum evoctum et contractum; quando ipsam adventantem Deum regem omnium viderimus, quis tum nobis animus erit? » Et inferius: « Ego multos, qui post deductionem ad mortem revocati fuerant ad regiam benevolentiam et clementiam, dicentes audivi, se neque homines velut homines vidisse, quod animo fuissent summopere cum adhaerentur perturbato, percipens et stupefacto. Si ergo corporalis mors usque adeo nos perterrefaciat, quando eterna illa adventerit, quid patiemur? »

Hinc et S. Hieronymus fertur hoc docere a tum observasse. A illis tradidisse: « Sive bibas, sive comedas, sive vigiles, sive dormias, hec tibi tuba insonet: Surgite, mortui, venite ad iudicium. » Quamquam in operibus Hieronymi hec sententia jam non reperitur, ejus tamen quod

simile invenitur in *Regula monachorum*, tom. IV operum S. Hieronymi, que collecta est ex S. Hieronymo, ac conscripta a Superiore Ordinis Hieronymiani, quam probavit Martinus V Pontifex, ut habetur initio *Regule*.

Item Hieronymus ad *Heliodorum*: « Veniet, inquit, illa dies, qua corruptivum hoc et mortale incorruptionem induet et immortalitatem. Tunc ad tuba vocem pavebit terra cum populis; et tu gaudebis. Judicaturus Domino lugubre mundus immugiet; tribus ad tribus ferient pectora. Potentissimi quondam reges nudo pectore palpabunt, Exhibebitur tunc cum prole sua Venus; tunc ignitus Jupiter adduetur; et cum suis stultis Plato discipulis: Aristoteli argumenta non proderunt. Tunc rusticanus et pauper exultabit et ridebis, diceoque: Ecce crucifixus Deus meus. ecce iudex, qui involutus pannis in presepio vagiit; hic est ille operari et quaesturarius filius; hic, qui in matris gestatus sinu, hominem Deus fugit in Aegyptum; hic est vestitus cocco, hic qui sentibus coronatus. Cerne manus, Judae, quas fixeras; cerne latus, Romane, quod foderas; videto corpus, an idem sit quod dicebatis clam nocte tulisse discipulos. »

ARCHANGELI. — Non Christi, ut Ambrosius, sed, ut D. Thomas, Michaelis, qui jussu et vice Christi praeses est Ecclesiae, uti olim fuit Synagoga, *Daniel*, xii, 1; vel certe Gabrielis, qui praesertim, ut multi volunt, secundo ordini, qui est Archangelorum: ut, sicut Gabriel primum Christi adventum praenuntiavit Beatissime Virgini, ita et secundum praenuntiet mundo. Archangelo ergo hac sua tuba insonante quasi superioris sui imperio exciti angeli aderunt; tuba eum laes eis primo, in clamabit, inquit Chrysostomus: « Paratos facite omnes, adest iudex. » Et hoc est quod ait Christus, *Matth.* xxiv: « Mittet (Filius hominis non solum Archangelum, sed) angelos suos cum tuba et voce magna. » Unde *secundo*, videtur, quod Archangelo tuba sua clangente, alii angeli voce magna, lenta et producta conclamabunt: « Surgite, mortui; » simulque ad congregandos hominum cineres quisque suis locis discurrent *celerime*. Tertio, hos cineres deinde componet, organizabit, animabit Deus, ut momento resurgant eo modo, quo dixi I *Cor.* xv, 52. Resurgat autem quisque, ubi suum erit corpus vel cineres. Inde angeli eos rapiunt in vallem Josaphat juxta Hierosolyman, ubi fiet iudicium, ut dicitur *Jos.* II, 3: « Congregabo, ait, omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat, et disceptabo cum eis ibi. » Et hoc significavit Christus, *Matth.* xii, 31, cum ait: « Et congregabunt (angeli) electos ejus a quatuor ventis, a summis colorum, usque ad terminos eorum. »

15 et 16. ET MORTUI QUI IN CHRISTO (in Christi fide et gratia sive Christi fideles et amici) SUNT, RESURGENT PRIMI. A. REINDE NOS, QUI VIVIMUS, QUI RALINQUEMUS SIBI, RAPIEMUR CUM ILLIS IN NUM-

An om-
nes simul
resur-
gent?
Primo
secundo.

BES OBVIAM CHRISTO IN AERA. — Queritur hic an aliqui prius, aliqui posteriori sint resurrecturi? hoc enim hic videtur dicere Apostolus. Respondet *Primo* *primo*, *Adulius*, significari hic ordinem non temporis, sed dignitatis: qui enim in Christi fide et gratia mortui sunt, resurgent primi, non tempore, sed dignitate. *Secundo*, Chrysostomus et Theophylactus: Resurgent, inquit, ante impios justus, ut sint primi in resurrectione non tantum dignitate, sed et tempore, utpote qui *resurdi* sint in aera, ut Christo iudici venienti occurrant honoris causa. Posteriori vero resurgent impii, ut qui neque rapiendi sint in aera, neque Christo occurruri. Sed hoc videtur esse praeter mentem Apostoli: Apostolus enim non ponit hic ordinem inter justos et impios, sed inter mortuos in Christo, et viventes adhuc seculum. Unde *tertio*, Theodoretus magis ad litteram sic explicat, *g. d.* ita cito resurgit illi qui jam pridem et olim multa ante saecula mortui sunt, ut praevientiam eos qui tum supersites et vivi inventur; hi enim prius mori debentur antequam resurgat: his ergo morientibus, priores, quam olim scilicet mortui, resurgent, ac consequenter hos praevient in resurrectione. *Quarto*, alii putant hic non significari ordinem et consequentiam, sed tantum comitantiam, ut « deinde » idem sit quod praeterea. Verum *quinto*, sic locus hic genuine exponendus est: « Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, » Graece *πρωτοι*, id est *primi*, nimirum antequam rapiantur obviam Christo in aera; « deinde nos qui vivimus, simul cum illis (qui ex mortuis resurrexerunt) rapiemur obviam Christo. » Ponitur enim hic ordo non resurgendum, nec resurrectionis ad resurrectionem, sed ordo resurrectionis ad raptum et occursum Christi, videlicet quod primi illi qui mortui erant resurgent, deinde quod iidem cum aliis tum viventibus simul rapiantur in occursum Christi. Ita Anselmus. D. Thomas et alii.

Nota: Non meminit hic Apostolus resurrectionis impiorum et reproborum, sed tantum mortuorum in Christo, id est in fide et gratia Christi: fideles enim pios et bonos tantum consolari vult hac spe resurrectionis.

Nos qui vivimus. — Id est qui tum vivemus, puta qui ex nobis, vel e posteris nostris justus tunc vivent, et forte ego ipse, quia incertum est quando erit iudicii dies, et quisque ad eum paratus esse debet omni hora; venit enim sicut fur in nocte, ut dicit cap. seq. Unde prudenter timere et persuadere sibi quisque potest forte instare hunc diem, ait Anselmus. Ita passim Apostolus eorum qui tum vivent, personam assumit, et in se transformatur, ut notavi vers. 14.

RAPIEMUR. — tum ab angelis, tum a virtute Christi per dotem agilitatis, quam eoque Sancto jam beato indidit: non enim resurgunt Sancti prius ad vitam, deinde posteriori ad gloriam;

Quinta
et
sexta.

Quinta et sexta. Quis autem
erit
iudex?

sed simul cum resurrectione accipient gloriam corporis: resurgent enim in corpore non mortali et passibili, sed immortali, impassibili et glorioso.

Queres, an ii, qui vivi inventur in die iudicii, non mortui, seu vivi rapiantur obviam Christo, ita ut sine morbo fiant immortales et gloriosi? Assertit hoc Justinus, *Quest.* CIX, et Augustinus, lib. II *De Peccat. merit.*, cap. XXXI, Cajetanus et alii: hi enim putant eos qui in fine mundi vivi reperientur, excipiendos esse a communi lege mortis, et hos esse vivos illos, de quibus dicitur in Symbolo, quod Christus iudicaturus est vivos et mortuos. Sed debili fundamento nititur haec exceptio a lege mortis plana universali. Unde postea re melius discussa retractans suam sententiam S. Augustinus, lib. XX *De Civit.*, cap. xx, docet omnes omnino homines mortuos et resurrecturos. Idem docet Ambrosius, D. Thomas et alii jam passim. Qui ergo in die iudicii vivi reperientur, illi morientur in aere et rapti, ait S. Augustinus et Anselmus; vel potius, ut D. Thomas et Oecumenius, in terra, qui locus est morientium, antequam rapiantur: resurgent enim omnes canente tuba, ut ait Paulus I *Cor.* xv, 52.

Dices: Qui sunt ergo vivi illi quos Christus in Symbolo dicitur iudicaturus? Respondeo: Qui sunt ii, qui vivi et supersites in die iudicii reperientur; hi enim brevissimo et paucissimo tempore morientur (ut commune debitum naturae et peccati originalis, cui omnes obstringimur, persolvant); nam statim a morte resurgent. Unde censentur non tam mortui quam vivi: quemadmodum Christus Lazarum, quia mox resuscitandus erat, non mortuum esse, sed vivere et dormire dixit, *Joan.* xi, 11. Atque haec est causa cur Apostolus nec eorum mortis, nec resurrectionis meminerit, sed vivos nominarit, et inter vivos retulerit, quasi semper vivi maneant qui ita moriantur, ut vix mori videantur: ita ut eorum mors non videatur esse mors, sed transitus ad vitam meliorem et eternam.

Dicitur ergo Christus iudex vivorum et mortuorum, id est omnium hominum tam eorum qui vixerunt et mortui sunt, quam eorum qui vivent Christo adventante ad iudicium: alioqui enim in ipso iudicio nulli erant mortui, sed omnes vivi, solosse vivos proprie iudicabit Christus. Id ita esse patet ex eo quod Paulus, I *Corinth.* xv, 51, disertè asserit: « Omnes resurgemus, » vel, ut alii legunt, « dormiemus, sed non omnes immutabimur; » et vers. 22: « Sicut in Adam omnes mortuati, ita et in Christo omnes vivificabuntur; » et vers. 36: « Tu quomodo seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. » Idem patet ex eo quod hic vers. 14 dixit: « Nos qui vivimus, non preveniemus, resurgendo, eos qui dormierunt; » quia scilicet simul cum illis resurgemus, et deinde simul cum illis rapiemur obviam.

An et
resur-
rent
ii, qui
vivent
in die
iudicii?

Qui sunt
vivi illi
quos
Christus
iudicaturus
erit?

viam Christo : si resurgemus cum illis, ergo prius moriemur; tacite ergo significat eos morituros; dicit tamen : « Nos qui vivimus, » ne, si dormientes, id est mortuos, vocet, ipsos contristet, vulnus eorum refricet, quod tetigit vers. 12, dicens : « Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent. »

OBVIAM CHRISTO IN AERA. — Græce, *ἐπιμένειν τῷ Κυρίῳ ἐν ἀέρι*, id est in occursum Christi in aera. Unde videtur, quod, sicuti cives regi venienti, honoris causa foras procedentes occurrunt : ita et Sancti Christo venienti ad iudicium in aera procedentes occurrunt. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. Erit ergo hic occursum Sanctorum ante iudicium universale, eum scilicet Christus iudex ad illud e caelo descendet. Et hoc est quod dicitur *Matth. cap. xxv* : « Ecce sponsus venit, exite obviam ei. » Hoc enim exiit Christi dignitas, hoc Sanctorum reverentia et in Christum amor, hoc denique gloria, tam Christi quam Sanctorum expostulat; nam Sancti, ut iam dixi, ante iudicium erunt beati, et resurgent in corpore glorioso; itaque cum ingenti gloria tam sua, quam Christi, Christo glorioso occurrunt; postea tamen in iudicio sententiam (eamdem quam privatim in morte et iudicio particulari acceperunt) publicam æternæ felicitatis accipient, ut ita coram omnibus eorum sanctitas et gloria laudetur et honoretur. Hinc,

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Docet quod dies Domini veniet ex improviso, sicut fur in nocte. Hinc hortatur ut semper sobrii et vigilantes eum se comparent per vitam integritatem, et bona opera, charitatis præsertim erga suos præpositos, misericordie, patientie.

Deinde, vers. 16, hortatur eos ut semper gaudeant, orent, et gratias Deo agant, utque spiritum non extinguant, et prophetias præbent.

Denique, vers. 23, omnimodam sanctitatem eis appetitur, omnesque salutatur.

1. De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis. 2. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. 3. Cum enim dixerint: Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugiet. 4. Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. 5. Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei : non sumus noctis, neque tenebrarum. 6. Igitur non dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus. 7. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. 8. Nos autem, qui dei sumus, sobrii simus, induti loriceam fidei et charitatis, et galeam spem salutis. 9. Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, 10. qui mortuus est pro nobis : ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus. 11. Propter quod consolamini invicem; et edificate

Nota secundo : Rapiuntur Sancti in occursum Christi in aera, ut ibi in nube splendissima quasi throno considenti ad iudicium procedant, Sancti omnes in nubibus splendidi, quasi thronis assistant, ac quasi assident, ut docet Franciscus Suarez, III part., disp. LVII, sect. II, tom. II, in fine; ita tamen ut quæque suo ordine et gradu pro meritis consideant. Unde in splendidiorebus et Christo viciniorebus thronis considentur Apostoli et Apostolici viri, qui proprie cum Christo iudicabant, ut dicitur *Matth. xix, 28*.

Hinc patet tertio, quomodo vallis Josaphat in qua fiet iudicium, cum campis et locis vicinis (que longissime pretendi, et adeo, si opus sit, complanari possunt), capere poterit omnes homines, qui unquam fuerunt, sunt, aut erunt : nam reprobi in valle hæc consistent in terra constipati a sinistris iudicis circumcirca; sancti vero a dextris consistent non in terra, sed altius et iudicii vicini in aere; ita tamen ut, sicut in amphitheatris varii erant spectantium ordines per contiguationem et tabulata ali aliis altiores : ita et Sanctorum varii sint ordines, alique pro meritis supra alios quasi in tabulato aereo altius consideant; sic tamen ut infimi longe reprobis et terra (quam in vita calcaverunt et contempserunt) eminent, et Christo appropinquent. « Et sic semper, » videlicet tam in iudicio, quam in caelo, ad quod mox ascendent, « cum Domino (Christo) erunt, » ut hic dicitur.

Stant cum Christo venientibus in nubibus splendidi.

Quomodo vallis Josaphat in qua fiet iudicium, cum campis et locis vicinis (que longissime pretendi, et adeo, si opus sit, complanari possunt), capere poterit omnes homines, qui unquam fuerunt, sunt, aut erunt : nam reprobi in valle hæc consistent in terra constipati a sinistris iudicis circumcirca; sancti vero a dextris consistent non in terra, sed altius et iudicii vicini in aere; ita tamen ut, sicut in amphitheatris varii erant spectantium ordines per contiguationem et tabulata ali aliis altiores : ita et Sanctorum varii sint ordines, alique pro meritis supra alios quasi in tabulato aereo altius consideant; sic tamen ut infimi longe reprobis et terra (quam in vita calcaverunt et contempserunt) eminent, et Christo appropinquent. « Et sic semper, » videlicet tam in iudicio, quam in caelo, ad quod mox ascendent, « cum Domino (Christo) erunt, » ut hic dicitur.

An scribi poterit dies iudicii?

Postquam tamen Antichristi plures erunt dies, imo menses usque ad diem iudicii.

alternum, sicut et facitis. 12. Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, et præsent vobis in Domino; et timent vos, 13. ut labeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum : pacem habete cum eis. 14. Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes, estote ad omnes. 15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat : sed semper quod bonum est sectamini in invicem, et in omnes. 16. Semper gaudete. 17. Sine intermissione orate. 18. In omnibus gratias agite : hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. 19. Spiritum nolite extinguere. 20. Prophetias nolite spernere. 21. Omnia autem probate : quod bonum est tenete. 22. Ab omni specie mala abstinete vos. 23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia : ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine quaerela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. 24. Fidelis est, qui vocavit vos : qui etiam faciet. 25. Fratres, orate pro nobis. 26. Salutate fratres omnes in osculo sancto. 27. Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. 28. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

1. DE TEMPORIBUS ET MOMENTIS; FRATRES, NON INDIGETIS UT SCRIBAMUS VOBIS, — quo scilicet tempore et momento Christus venturus sit ad iudicium.

2. IPSI ENIM DILIGENTER (*ἀκριβῶς*, id est exacte, plane, certo) SCITIS, QUIA DIES DOMINI SICUT FUR IN NOCTE, ITA VENIET, — *q. d.* Dies iudicii subitaneus et improvisus, nullo sciente aut sperante, clamculum surrepet et obruet homines incautos et seculos; sicut fur nocte cum dormiunt omnes, domum invadit et expilat.

Dies : Ex *Daniele, xii, 12*, colligitur post mortem Antichristi superfore 43 dies ad iudicium, qui dabuntur iis qui lapsi sunt sub Antichristo, ut penitentiam agant; ergo scribi poterit dies iudicii. Respondeo : Certum est ex Daniele superfore (quod tamen pauci tunc scient, vel advertent) hos 43 dies; sed incertum est an non plures supererunt : imo verisimilius est plures dies, imo menses et annos superfuturos usque ad diem iudicii : id enim satis significat *Ezech. xxxix, 9*, ubi docet quod, caso Antichristo ejusque exortu, *Gog* scilicet et *Magog*, tanta erunt spolia, hæstæ et arma, ut Iudæi ex omnibus urbibus confluant ad ea diripiendum, et septem annis sat habeant ad ea comburenda, nec alla lignatione aliisque silvis egeant. « Succendent, ait *Ezechiel*, ea igni septem annis, et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de salibus, quoniam arma succendent igni, » etc. Septem ergo anni post mortem Antichristi dabuntur lapsis ad penitentiam, in quibus post summam Antichristi persecutionem videtur futura summa pax Ecclesie. Ita Hector Pintus in *Ezech. xxxix*, et Francisus Ribera in *Apoc. xx*, idque insinuat Daniel loco citato, cum enim dixisset : « Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium (Missæ scilicet per Antichristum), et posita fuerit abominatio (id est idolum Antichristi, qui vult coli ut Deus) in desolationem (id est ut omnia bona perdat et desole), dies mille ducenti nonaginta, » id est tres

anni cum dimidio, ut dixit *cap. vii, vers. 25, q. d.* Ab initio persecutionis Antichristi, usque ad ejus finem et mortem, erunt tres anni cum dimidio. Deinde scribit : « Beatus, qui expectat et pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque, » id est beatus qui pervenit ad dies 43 post mortem Antichristi : tunc enim plena erit quies, pax, libertas Ecclesie, non dubium quin aliquanto tempore duratura.

Putavit Elias Levita et Iudæi in sexto millennio annorum mundum esse finitum, tumque fore diem iudicii : unde hoc circumferunt elogium : « Sex millia mundus, » supple, habebit annorum; ut, sicut sex diebus mundus est conditus, ita sex annorum millibus consumetur. Adhuc id significare sex *aleph*, quæ in Hebræo textu *Genes. i, 4*, ubi dicitur : « In principio creavit Deus caelum et terram, » reperiuntur; quasi sex *aleph* sex millia annorum, quibus caelum et terra consistent, significant; *aleph* enim Hebræis significat mille, sed hæc cabalistica sunt et Iudaica.

Alii putarunt tot annos fore post Christum ad diem iudicii, quod Christum processerunt ab origine mundi, hocque significat Habacuc, *cap. iii, vers. 2*, cum ait : « Domine, opus tuum (incarnationis et redemptionis Christi) in medio annorum vivifica illud. » Sed alius est sensus Habacuc, ut ibi dixi.

Tertio, Cardinalis (susanus opinatus est corpus Christi mysticum, id est Ecclesiam Christianam tot jubileos annorum habituram, quod Christus ipse annos complevit, scilicet annos 4700; Christus enim vixit 34 annos, quos si multiplices per 30, qui est numerus jubilee, invenies 1700 jam dictos. Sed hæc frivola videtur, et tales congruentias plurimas quisque comminisci posset, quæ nullum in re habent fundamentum, nisi congruentiam vel convenientiam aliquam arithmeticam.

Hæc omnia elidit Christus dicens *Marci xii, 32* : « De die autem illa (iudicii), vel hora, nemo scit,

Quot annis stabis hic mundus?

Tres scilicet.

Prius.

pedumque simul duorum non capacem. Vides qua nobis opus sit diligentia? » Denique eodem nos exstimulat exemplo eorum qui ambulat per caecumina et praecipita: « Non vides illos, qui tam periculosa la itinera conficiunt, quomodo non solum pedes, sed et oculos communiunt? Quando enim putaverunt utrumque attendendum, et si pes firmus steterit, oculi tamen ex subjecta profunditate vertiginem passi fuerint, toti dilabuntur; sed oportet, ut et sibi ipsis et incessui simul attendant. Quapropter dicit Neque ad dexteram, neque ad sinistram. Multa est malicia profunditas, magna sunt praecipita, deus subjecte tenebrae; angustiam observemus, cum timore et tremore ambulemus. » Remoras vero hujus caute ambulationis explicat et submovet, dicens: « Nemo talem viam ingrediens risu diffunditur, aut ebrietate gravatur, sed sobrius et jejuns hujusmodi viam ambulat. Nemo talem viam ingrediens superfluum quidquam secum deferit; mavult enim expeditus esse, quo commode illam percurrere queat. Nemo pedes suos obligat, sed liberus esse sinat. Nos vero innumeris curis nospis quasi quibusdam vinculis constringentes et mille temporalium rerum onera deferentes, more stultorum hiantes et dissoluti, quomodo angustam hanc viam ambulaturos nos speramus? Non simpliciter illam angustam esse dixit, sed cum admiratione: Quam, inquit, angusta est via, etc., hoc est, vehementer angusta est. »

7. QUI ENIM DORMIUNT, NOCTE DORMIUNT. — « Dormientes, » ait ex Chrysostomo Theophylactus, vocat eos, qui in malitia domiunt, quique ad virtutem nullis praediti sunt viribus, sed indulgent et indormiunt voluptatibus carnalibus et terrenis, quae non sunt aliud quam somnia vigilantium, ait Chrysostomus.

ET QUI EBRII SUNT, NOCTE EBRII SUNT. — Quos dormientes vocavit, jam vocat « ebrios, » scilicet non eos solum qui vino et gula, sed quoscumque, qui cupiditatibus animi et perturbationibus indulgent, quae aequae ac vinum mentem homini eripiunt eumque inebriant. Ita Theophylactus. « Ebrietas animi, inquit Chrysostomus, sunt divitiae et pecuniarum concupiscentia, et corporum amor; et quidquid tale dixeris, ebrietas animi est, » q. d. Paulus: Illi infideles et impii in peccatis suis dormientes, et ebrii in nocte paganismi et peccatorum versantur; vos autem Christiani versamini in die gratiae et christianismi; ergo non dormire et inebriari pristinis voluptatibus et vitis, sed vigilare, sobrii, prudentes scilicet, attenti ac modesti iri omnibus actionibus, recreationibus et operibus vestris esse debetis. Et hoc est quod subdit (1):

8. NOS QUI DIEI SEMUS, SOBRII SIMUS, INDUTI LORI-

(1) Vers. 7, somnus, seu negligentia in bene agendo, id est peccata, et ebrietas sunt filius noctis propria, ignorantiam verae religionis comitari solent.

CAM FIDEI ET CHARITATIS, ET GALEAM SPES SALUTIS.

— Non satis est vigilare, inquit Theophylactus, ac sobrius esse, verum opus etiam armari: ut enim quis vigilans sit et sobrius, non vabeat autem arma, facile eum latrones et praedones conficiant. Lorica ergo, qua pectus et totum corpus obarmemus, sit fides et charitas, id est fides et bona vita, inquit Theophylactus, sive fides et bona opera charitatis: galea vero nostra sit spes salutis. Vide de his armis et panoplia hominis Christiani, dicta Epist. VI, 17 et praecedentibus.

9. QUONIAM NON POSUIT NOS DEUS IN IRAM (id est non creavit, non destinavit nos Deus ad damnationem, ut iram suam et vindictam in nos ostenderet), SED IN ACQUISITIONEM SALUTIS, PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, q. d. Sed creavit nos Deus, destinavit, redemit, segregavit ab infidelibus et nos vocavit ad Christum, ut per eum acquiramus salutem bene operando, ac vivendo secundum legem Christi.

10. QUI MORTUUS EST PRO NOBIS, UT SIVE VIGILEMUS (id est vivamus), SIVE DORMIAMUS (id est moriamur), SIMUL CUM ILLO VIVAMUS, — nimirum hic in gratia, post mortem vero in gloria. Aliter ergo accipit hic dormire et vigilare, quam vers. 6 et 7; ludit enim in hisce vocibus Apostolus. Ita Theophylactus et Anselmus (2).

11. EDIFICATE ALTERUTRUM. — Graece *ed. to. tra*, id est unus unum, alius alium. Est metaphora: sicut enim qui murum aedificat, eumque sensim erigit et attollit, is domum aedificat: Ita qui sua sobrietate et humilitate proximum erigit et excitat, is eum ad similia aedificare docuit, ut fiat nimirum domus et templum sanctum et perfectum Domino. Ne dicas, inquit Theophylactus, non sum doctor, non sum praceptor, alios docere et aedificare non teneor. Falleris: doctores non sufficiunt ad singulorum et omnium admonitionem; sed vult Deus quemque alium instruere et aedificare, saltem exemplo suo et bona vita.

12 et 13. ROGAMUS AUTEM VOS, FRATRES, UT NOVERITIS (id est noletis et rationem eorum habeatis: est metalepsis) EOS QUI LABORANT (in predicando Evangelio et re christiana procuranda et promovenda) INTER VOS, ET PRÆSENT VOBIS IN DOMINO (id est in Domini Christi familia, hoc est Ecclesia), UT HABEATIS ILLOS ABUNDANTIS IN CHARITATE, — ut eos abundantius ametis et fovatis, quasi filii parentes vestros spirituales. Ita Theophylactus. Graece est *ἀγαπᾶτε ἀλλήλους ὡς ἀγαπᾶσαί ἡ ἀγάπη*, id est, ut Valabius, ut habeatis illos in summo pretio per charitatem, ministrando scilicet eis necessaria ad vitam; Ambrosius vertit, ut illis habeatis summum honorem in charitate.

PACEM HABETE CUM EIS. — Notent hoc qui suis

(2) Sive vigilemus, sive dormiamus, id est, sive sobrietates, sive mortui deprehendantur de illo iudicii extremo, pariter cum Domino conjuncti erimus et consociati ad beate vitae communitatem. Vid. notata ad vers. 12.

Pastoribus et Praelatis lites movent, aut odia contra eos fovet (1).

14. CORRIPITE INQUIETOS. — Graece pro *corrigit*, est *corripit*, id est officii admonet et quasi mentem quam amiserunt, eis reddite et reponit. Secundo, pro *inquietos*, graece est *ἀνάστατοι*, inordinatos, quo nomine Livius vocat milites qui suam stationem non servant. Sic Paulus hoc nomine notat hic eos, qui Ecclesiasticam non servant disciplinam et ordinem, quem cuique statuit et definit Deus, ait Theophylactus; tales enim intracrabiles sunt, et parere nolunt, turbantque omnem pacem.

SUSCIPITE INFIRMOS. — *ἀρρώστους ἰατρῶν*, id est suscipite et foveite infirmos. Syrus vertit, *excipite eos eorum qui infirmi sunt*; Ambrosius, *opitulantini infirmis*: *ἀρρώστους* enim est proprie, nientem et conantem, sed non sufficientem, nec salutarium habentem adjuvare.

PATIENTES ESTOTE AD OMNES. — *μακροθυμῶτε*, id est, ut Syrus, longanimis estote erga unumquemque.

15. VIDETE, NE QUI MALUM PRO MALO ALIQUI REDDAT; SED SEMPER QUOD BONUM EST SECTAMINI IN INVICEM, ET IN OMNES. — Id est benefacite invicem et omnibus: opponit enim reddere malum illi, quod est, « sectamini bonum. » Non satis est, inquit Theophylactus, non reddere mala pro malis, verum est etiam opere pretium bonis compensare malefactorem; hoc enim indicat cum ait: Sectamini quod bonum est, hoc est impense studeite benefacere, et in invicem, hoc est, erga fideles; et in omnes, hoc est, etiam erga infideles.

16. SEMPER GAUDETE. — « etiam, » inquit Theophylactus, in tentationes invidiorum. Observa autem quod posteaquam dixisset non esse malum malo pensandum, tunc praeciperit letandum esse: nam qui institutus est, ut de nemine se ulciscatur, sed beneficiis potius prosequatur eum qui contristaverit se, undenam, amabo, meroris stimulum accipit? »

17 et 18. SINE INTERMISSIONE ORATE: IN OMNIBUS GRATIAS AGITE. — « Iter monstrat, ait Theophylactus, quo fiat ut semper gaudeamus, orationem nimirum quae non cesset, atque gratiarum actionem: qui enim assuevit cum Deo versari, eique gratias agere in omnibus rebus, tanquam utiliter contingentibus, planum est quod perpetuum sit gaudium habiturus. »

Nota: Christianus assidue orare debet. Nam, ut ait S. Ephrem, tract. *De Oratione*: « Oratione est temperantiae custodia, iracundiae frenum, animi elati pressio, odii medicina, recta legum jurisque constitutio, regni potentia, trophaeum atque vexillum belli, tutela pacis, virginitalis sigillum, fides nupiarum, viatorum praesidium, dormientium custos, agricolarum fertilitas, navigantium salutis, reorum patrona, merentium

consolatio, letantium jucunditas, lugentium solamen, morientium sepultura. » Deinde haec ipsa exemplis confirmans subdit: « Oratione fons prophetae balaam ad vitam reduxit, ipseque tribus pueris in Babylone flammam ignis in flatum roris convertit. » Indeque concludit: « Nulla est alia in tota vita humana pretiosior oratione possessio. » Quomodo semper orare oporteat, dixi Epist. VI, 18.

Audi et abbatem Lucium, in *Vitis Patrum*, eum enim quidam fratres ad eum advenissent, requisivit eos senex. dicens: Quid soletis manibus vestris operari? At illi dixerunt: Nos nihil manibus nostris operamur, sed secundum quod dicit Apostolus, sine cessatione oramus. Quibus senex dixit: Non manducatis? At illi professi sunt: Etiam, dixitque eis: Quando ergo comeditis, quis pro vobis orat? At illi coniecerunt, et iterum requisivit eos, dicens: Numquid dormitis? cumque illi se dormire dixissent, dixit eis: Quando ergo dormitis, quis orat pro vobis? et non invenerunt quid responderent ei. Tunc dixit eis: « Indulgete ergo mihi, quoniam non factis sicut dicitis. Ego autem dicam vobis, quemadmodum manibus meis operans sine cessatione oro. Sedit enim de mane usque ad horam constitutum, et pauca palmarum folia infundo, et facio exinde funiculos, et interim oro, dicens: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Cumque percomplevero opera manuum mearum, et fecero aliqua vasa, aut paucos funiculos, et emero ex eis nummos decem, ex ipsis nummis duos do pauperibus, et reliquos comedo. Quando ergo comedo aut dormio, tunc illi pro peccatis meis sine cessatione implent orationem meam. » Ita in *Vitis Patrum*, lib. III, pag. 331, num. 212.

18. IN OMNIBUS GRATIAS AGITE. — Nota: In omnibus gratiae agenda sunt Deo, puta tam in morbo, quam in sanitate; tam in inopia, quam in copia; tam in desolatione, quam in consolatione; tam in tentatione, quam in pace; tam in humilitatione, quam in exaltatione; tam in adversitate, quam in prosperitate: quia non minus, imo saepe majus, donum et beneficium Dei est morbus, inopia, desolatio, tentatio, humilitas, adversitas, quam sanitas, copia, consolatio, pax, exaltatio, prosperitas. Atque haec est, uti jucundissima, ita et sanctissima via, qua per erummas hujus vitae, laeti et quasi ludibundi imus in caelum; si nimirum in quavis re cum Psalte canamus: « Benedicam Dominum in omni tempore. » Et cum Paulo: « In omnibus gratias agamus Deo. » hinc S. Augustinus, in *Psal. CXXII* laudat morem veterum Religiosorum, qui frequenter habebant in ore hoc verbum, *Deo gratias*; coque cum invicem fierent obvii, se mutuo salutabant, uti etiamnum multi faciunt, Carpebant

Quomodo quisempe orare possit?

Vers. 15, Christianus in omnibus, etiam adversitas, Deo gratias agit.

Versus 18, laudat, Deo gratias.

Vicia et incontinentia vitiositas

(1) In Graeco: Pacem et concordiam invicem colite.

hoc Circumcelliones, sed defendit Augustinus: « Qui dicit, ait, Deo gratias, gratias agit Deo. Vide si non debet frater Deo gratias agere, quando vult fratrem cum. Num enim non est locus gratulationis, quod ad se invicem vident qui habitant in Christo? » Item S. Augustinus, epist. 77: « Quid melius, inquit, et animo geramus, et ore promamus, et calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri letius, nec intelligi grandine, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te tam fidei pectore dilavit. »

19. SPIRITUM NOLITE EXTINGUERE. — Alique per « spiritum » intelligunt rationem, sive portionem superiorem in anima; hæc enim dicitur spiritus vers. 23. Sed aliter ibi, aliter hic vocem spiritus sumit Apostolus. Dico ergo: « Spiritum, » id est Quid sit spiritus extinguitur? dona, gratias, lumina, afflatus, impulsus, et, ut semitur, prophetas Spiritus Sancti, qui est quasi lampas præfulgens in nocte hujus sæculi, « nolite » desidia, terrenis curis, desideriis carnalibus, aut etiam incredulitate, quasi injecta aqua vel pulvere, « extinguere; » qui enim hæc extinguit, quantum in se est, Spiritum Sanctum in corde suo extinguit: sed potius concludite januas, id est sensus, ne inardiat spiritus malitie, qui extinguit hanc lampadem. Ii Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Anselmus.

Nota: Apostolus vetat non tantum ne in nobis, sed etiam in aliis hæc dona Spiritus extinguantur, maxime prophetas, unde quasi explicans subdit: 20. PROPHETAS NOLITE SPERNERE. — Erant enim tunc inter Christianos multi Prophete, qui in fideiæm et synaxi prophetabant, sive proprie, sive improprie, scilicet sacram Scripturam interpretando, docendo, exhortando, ut dixi I Cor. xiv. 29: horum spiritum retinendi et compripi vetat hic Apostolus; imo jubet eorum prophetas excipi, audiri et probari. Idem patet I Cor. xiv. 29. Hinc non abs re, nec præter mentem Apostoli: « Spiritum, inquit Ambrosius, extinguit, qui incipientem loqui spiritualia contradictione sua sopit. » Sic parentis spiritum in filiis aut in filiabus extinguunt, cum ostensa castitatis, religionis aut vite perfectioris sufficienter per vitam hincivorem, qua cogunt eos studere ornatui corporis, tripudiis, conviviis aliisque mundi vanitatibus. Quod quam Deo displiceat, docet exemplum Prætextate apud Hieronymum, epist. ad Lucilian: « Prætextata, ait, habilissima quondam femina, jubente viro Hymetio, qui patruus Matthei virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit, et neglectum crinem mandando more pavit, vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium; et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitans pomas, et hæc verba frangentem: Tu espi virginis Dei tuis sacros legi attractare manibus que jam nunc arescent, aut sentias exoraciatam quod feceris: et finito mense quinto ad in-

HEC EST ENIM VOLUNTAS DEI IN CHRISTO JESU (per Christum Jesum) IN OMNIBUS VOIS. — Græce de hoc, ergo 298, q. d. Hoc est quod vult Deus, per Christum, id est per Christi legem, doctrinam et gratiam, nos prestare, scilicet ut semper gaudeamus, sine intermissione operamus, in omnibus gratias agamus, etc. Unde Theophylactus in Christo Jesu, hoc est, inquit, per Jesu Christi cooperationem; « etenim Christus nobis ad gratiarum actionem adiutor est, qui et illud nos facere docuit in Evangelio. » Nota: « Voluntas » scilicet hic intelligitur. Unde recte τὴν θέλησιν (quod est veritas, voluntas) vultum veritas, vel res volita a Deo, Deoque placita et accepta. Hinc Vatablus sic explicat, q. d. Hæc faciendo placebitis Deo per Christum, sine quo nihil placere potest. Tertio, ubi sic explicant, quasi Apostolus hic tacite occurrat objectioni. Licet enim quis: Quo-

modo semper gaudeo et gratias agam, qui tot premiorum sumis? Respondet Apostolus hæc esse Dei voluntatem, id est benevolentiam in eum Christo, per Christum, id est per Christi gratiam hæc omnia patiamur: Deus enim non ex odio, sed ex amore et benevolentia, sicut Christo Filio suo crucem imposuit, ita Christiano cuique crucem immittit et imponit. Sed hic sensus remittit est, et nulla Apostolo addit et supplet.

20. PROPHETAS NOLITE SPERNERE. — Erant enim tunc inter Christianos multi Prophete, qui in fideiæm et synaxi prophetabant, sive proprie, sive improprie, scilicet sacram Scripturam interpretando, docendo, exhortando, ut dixi I Cor. xiv. 29: horum spiritum retinendi et compripi vetat hic Apostolus; imo jubet eorum prophetas excipi, audiri et probari. Idem patet I Cor. xiv. 29. Hinc non abs re, nec præter mentem Apostoli: « Spiritum, inquit Ambrosius, extinguit, qui incipientem loqui spiritualia contradictione sua sopit. » Sic parentis spiritum in filiis aut in filiabus extinguunt, cum ostensa castitatis, religionis aut vite perfectioris sufficienter per vitam hincivorem, qua cogunt eos studere ornatui corporis, tripudiis, conviviis aliisque mundi vanitatibus. Quod quam Deo displiceat, docet exemplum Prætextate apud Hieronymum, epist. ad Lucilian: « Prætextata, ait, habilissima quondam femina, jubente viro Hymetio, qui patruus Matthei virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit, et neglectum crinem mandando more pavit, vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium; et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitans pomas, et hæc verba frangentem: Tu espi virginis Dei tuis sacros legi attractare manibus que jam nunc arescent, aut sentias exoraciatam quod feceris: et finito mense quinto ad in-

Nota: Apostolus vetat non tantum ne in nobis, sed etiam in aliis hæc dona Spiritus extinguantur, maxime prophetas, unde quasi explicans subdit:

20. PROPHETAS NOLITE SPERNERE. — Erant enim tunc inter Christianos multi Prophete, qui in fideiæm et synaxi prophetabant, sive proprie, sive improprie, scilicet sacram Scripturam interpretando, docendo, exhortando, ut dixi I Cor. xiv. 29: horum spiritum retinendi et compripi vetat hic Apostolus; imo jubet eorum prophetas excipi, audiri et probari. Idem patet I Cor. xiv. 29. Hinc non abs re, nec præter mentem Apostoli: « Spiritum, inquit Ambrosius, extinguit, qui incipientem loqui spiritualia contradictione sua sopit. » Sic parentis spiritum in filiis aut in filiabus extinguunt, cum ostensa castitatis, religionis aut vite perfectioris sufficienter per vitam hincivorem, qua cogunt eos studere ornatui corporis, tripudiis, conviviis aliisque mundi vanitatibus. Quod quam Deo displiceat, docet exemplum Prætextate apud Hieronymum, epist. ad Lucilian: « Prætextata, ait, habilissima quondam femina, jubente viro Hymetio, qui patruus Matthei virginis fuit, habitum ejus cultumque mutavit, et neglectum crinem mandando more pavit, vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium; et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitans pomas, et hæc verba frangentem: Tu espi virginis Dei tuis sacros legi attractare manibus que jam nunc arescent, aut sentias exoraciatam quod feceris: et finito mense quinto ad in-

terna duceris: sin autem perseveraveris in scelerere, et marito simul orberis et filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, et seram misere potentiam velox signavit interitus. Sic videtur Christus violatoris templi sui, sic gemmas et pretiosissima ornamenta defendit. » Idem quotidianis discimus exemplis, tales scilicet parentes multis infantiis, presertim circa illas ipsas proles in quibus spiritum extinxerunt, graviter a Deo puniri.

Narrat S. Ambrosius, in fine lib. I De Virgine, nobilem virginem cum a parentibus urgeretur ad nuptias, confugisse ad altare, eisque dixisse: « Quid agitis? sponsum offeritis? meliorem reperi: quasiobit exaggerate divitias, jactate nobilitatem, potentiam predicale: habeo enim cui nemo se comparat, divitem mundo, potentem imperio, nobilem deo. Si talem habetis, non providite optionem; si non reperitis, non providite nisi mihi, sed invidetis. » Cumque staret ad aram Dei pudoris hostia, victima castitatis, unus abruptus: « Quid si, inquit, pater teas viveret, inuptam te manere patetur? Tu illa majori religione, moderatiore pietate respondit: Et ideo fortasse defecti, ne quis impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, Ge ad oraculum, maturo sui probavit exitio. » Paulo enim post mortuus est. « Ita ceteri eadem quæque metuentes, favere ceperunt, qui impedire querebant. Parentes, cavete offensionis exemplum: » hucusque Ambrosius.

Verè S. Hieronymus ad Paulam de obitu libelle: « Grandis, inquit, in suos pietas, impietas in Deum est; » et ad Furian: « Pater, inquit, impleat nomen secum; letetur filiam genuisse Christo, non aseculo; » et Nazianzenus, in Præceptis ad virgines:

Quis tunc si potius transibat pectora Christi, Atque ex utero Pater immortalis amare Implet, Christo ne sit grave sistere nympham Aut perieris.

Moraliter S. Chrysostomus docet hic spiritum extingui quævis peccato; sicut enim fax extinguatur vel vento exustillante, vel defectu cere et fomitis: ita spiritus quasi lampas extinguitur vel vento tentationis, vel pulvere curarum terrenarum, vel deficiente oleo misericordie et honorum operum. « Spiritus, ait, æque ac lucerna extinguitur, si aut olei parum habueris, aut foramen non obturaveris, vel ostium non occluseris. Quod verè est hoc foramen? Quænam modum in ychno habet, ita et in nobis: « ramina sunt oculi et aures. Ne sinas istis occurrere validum malitie flatum, alioqui lychnum extinguet, sed obtura foramina timore Dei. Janua os est. Claude, ita scilicet occlude, ut et lucem exhibeat, et exterium impulsum repellat. » Mox exemplo familiariter et quotidiano idipsum declarat, dicens: « Conviciatus est quisquam? vituperavit? tu

claudes os tuum; si enim illud aperueris, cenelabis magis ventum hæc. Non vides in adibus, quando a regione ead directe due jacere opposite sunt, et flatus vehementer irruat. » alteram claudis: nihil valet effluere flatus, sed plurimum de illis robore præcidiatur? » a et hic dicitur janua, os trum et os illius qui te vituperat et probo afficit. Si tuum occluseris, et spiritationem non dederis, omnem istum flatum extingues; si vero aperueris, effrensus reddetur. Ne extinguamus igitur spiritum. Fit autem serapnamento, ut etiam nullo externo impulsu incumbente extingatur fax, quando videlicet oleum deficit; quando misericordiam non facinas, extinguitur spiritus; etenim ex misericordia Dei venit ad te spiritus. »

Deinde pergit Chrysostomus docere quod, si qui latrones in tenebris grassantes prius extinguant lucerna: deinde latrocinatorum et proparatar impune: in demones prius hunc spiritum quasi lampadem extinguant, ut anima viam in coelum nec videat, nec intrare possit; ac deinde eam deprudentur, grassentur impune. Chrysostomo consentit Hieronymus, epist. 130 ad Heliod, Quæst. XII, additque hoc loco esse misios, q. d. « Spiritum nolite extinguere, » id est spiritum foveite, et, ut ait Apostolus, Rom. xii. 11, « spiritu ferventes » estote. « In quo enim, inquit S. Hieronymus, fervor spiritus multiplicata iniquitate, et charitatis frigore non tepescit, in hoc spiritus nequaquam extinguitur. »

21. OMNIA AUTEM PROBATE, QUOD BONUM EST TENETE. — S. Augustinus, lib. I De Natura et Gratiæ, cap. ix, et alibi sic legit, omnia legit, que bona sunt tenete: sed paraphrasice, nam ad verbum Græca, Latina et Syrus habent, omnia probate: subaudi, que dubia et incerta sunt, ideoque probatione indigent et examine, quales erant prophetie, de quibus vers. præced. dixit: « Prophetas nolite spernere; » has enim singulis privati Spiritu Sancto afflati in ead Ecclesie olim publice loquebantur. Unde eis adjudicari vult Apostolus tam hic quam I Cor. xiv. 24, unum verum sint, ac conformes sacre Scripturæ et doctrine Ecclesie, ac prophetie sint, ac instinctus spiritus humani: maxime quia, ut notat Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, his aliqui pseudo-prophete clam se immisceant, ut patet epist. seq., cap. ii, ubi redarguit eos qui prophetabant instare dem judicii.

Nihil ergo hic habet Kemnitius et Novantes pro suo examine Concilii Tridentini et aliorum Ecclesie vel Pontificis decretorum. Male etiam hinc inferunt, hereticorum libros cuilibet esse legendos et examinandos; hi enim ab Ecclesia jam improbi et damnati sunt de certa heresi et ram. 1067

Admodum spiritus extinguitur et S. Chrysostomus tenet?

Ad Apoc. ubi dicitur spiritus et ram. 1067

22. AB OMNI SPECIE MALA ABSTINETE VOS. — Alii legunt, *ab omni specie mali*. Utroque enim modo verti possunt Græca: quanquam prior lectio est germanior, emque cum D. Hieronymo sequuntur interpretes. Sed idem utriusque lectionis est sensus.

23. IPSI DEUS (AUCTOR) PACIS SANCTIFICET VOS PER OMNIA. — Græce *ἀγαθός*; id est *bonus*, ut toti sitis sancti et perfecti in omnibus, nimirum in spiritu, anima et corpore, ut sequitur.

UT INTEGRER SPIRITUS VESTER ET ANIMA, ET CORPUS SINE QUERELA IN ADVENTU (IN ADVENTUM) DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI SERVETUR. — « *Integer* » non est idem hic, quod incorruptus; græce enim est *ἀκαταρακτος*, q. d. Totum perfectum, omnibus suis partibus et dotibus integrum et absolutum, cui tota sua sors (hoc enim est *ἀκαταρακτος*), sive solum quod sorte accepit, inest et adest, q. d. Totam gratiam et integritatem, quam sorte accepistis in baptismo, conservate usque ad diem iudicii, ut talem et lam integrum spiritum, animam et corpus Christo iudici reddatis et exhibeatis, qualem ab eo in baptismo accepistis.

Quomodo spiritus ab anima distinguitur? Nota cum S. Augustino, tract. *de Symbolo*: Totus homo tres habet partes, spiritum, animam et corpus; itaque homo est imago trium personarum SS. Trinitatis. *Primo* ergo Nyssenus apud Theophylactum per spiritum accipit partem hominis rationalem; per *animam*, partem sensitivam; per *corpus*, vegetativam.

Secundo et melius, spiritus est pars rationalis, sive ratio et potentia anime superior, que mens dicitur, maxime si fide et spiritu Dei sit imbuta; anima est portio inferior nobis cum bestis communis, ex qua homo animalis dicitur et animales operationes exerceat, ut sunt videre, audire, edere, generare; corpus vero est domicilium utriusque, scilicet tam spiritus quam anime, q. d., ait Anselmus: Sit spiritus vester integer, id est nulla haerens, errori, diffidentia, malitia, invidia, nulloque peccati consensu vulneretur, ita ut aliquo fidei, spei charitatis, alteriusve virtutis articulo et quasi membro mutiletur; sed plena articulorum

omnium et dogmatum fide, integra spe et charitate, cæterarumque virtutum partibus et numeris omnibus integer sit et perfectus. Sit et anima integra, id est delectationibus carnis et sensuum non sauciatur, ita ut nulliter intus irrita et perfectio, que debet esse in auditu, visu aliisque sensibus anime externis et interioris, sed i per omnia sint integri, quantum patitur humana conditionis infirmitas; nec enim ad integritatem Adami et Christi, in hac vita accedere possumus. Denique corpus vestrum sit integrum, id est nullius peccati executione et perpetracione ledatur; sed inviolatum, illasum, integrum aque ut spiritus et anima consistat: sic ut corpus anime, anima spiritui, spiritus Deo plane subsit et obediatur, Deusque suam sanctitatem spiritui, et per spiritum anime et corpori communicet, ut in die iudicii Christo exhibeatis corpus et animam et spiritum integre et perfecte sancta, qualem accepistis in baptismo, de iis que dicere possitis: « Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. »

Unde nota *secundo*: Integritas hæc opponitur qui manco et mutilo: sunt enim manci et mutili in fide, qui credunt Symbolum Apostolorum, sed negant alias traditiones, negant invocationem Sanctorum et Christi presentiam in Eucharistia, etc. Sic in charitate manci sunt, qui amicos diligunt, non inimicos. Sic in anima manci sunt, qui tactum a turpibus custodiunt, sed non aures, non oculos; et ita de aliis. Hæcæ opponit Apostolus integritatem, quam Christianus tam in fide, ut omnia credenda credat, quam spe, ut omnia speranda speret, et charitate, ut omnia amanda amet, aliisque virtutibus habere debet. Ita Hieronymus, *ad Hedib.*, Quæst. XII.

24. FIDELIS EST DEUS, QUI VOCAVIT VOS: QUI VEST. ETIAM FACIET, — id est efficiet et perficiet, ut integritatem jam dictam, ad quam vos vocavit, conservetis et ad æternam salutem perveniat, si videlicet ejus gratia non desitis, illique cooperemini. Ita Theophylactus et Anselmus.

25. IN OSCULO SANCTO. — De hoc osculo dicitur *II Corinth.* XIII, 12.

COMMENTARIUS

IN SECUNDAM EPISTOLAM

AD THESSALONICENSIS.

ARGUMENTUM.

Primo, hortatur Thessalonicenses ad constantiam in fide Christi, utque pro ea fortiter ferant persecutiones Gentilium et Judæorum, spe præmii celestis.

Secundo, docet necdum instare diem iudicii: quidam enim falsi et fraudulentii doctores persuaserant eis instare diem hunc, et ad hoc verba quedam fingeant tanquam a Paulo dicta, et epistolas quasdam tanquam ab illo scriptas, quibus hoc asserebat. Hos ergo impostores hic redarguit, metumque instantis iudicii eis admittit, docetque quod prius oporteat venire Antichristum: cuius qualitates, vitam et mores hic describit.

Tertio, monet traditiones sive verbo, sive scripto acceptas, esse servandas.

Quarto, docet ut fugiant et coerceant homines invidiosos, curiosos et inquietos. Denique signum eis dat, quod dignoscant genuinas suas epistolas commentititias, quas proferebant impostores jam dicti (1).

Græca et Latina Regia in fine habent hanc epistolam scriplam esse Athenis; Serrus vero, Laodicea: (Eusebius autem et Athanasius in *Synopsi*, Romæ. Verisimilius videtur hanc secundam scriptam esse paulo post primam, cum adhuc Apostolus Corinthi degeret, anno Christi 53 (2). Unde Timotheus et Silvanus tam huic secunde, quam illi primæ inscribuntur: quasi qui cum Paulo salutent eos, mittantque eis hanc epistolam (3).

erigit, ut simul eodem ad constantiam oblique hortetur. *Secunda* pars partim prophetica, partim didascalica est, que cap. II tractatur, ubi doctrinam de ultimo Christi adventu, atque de insigni quamdam defectu a religione plenius ipse declarat. *Tertio* et postrema pars tota hortatoria est, que cap. III continetur, ubi Apostolus Thessalonicenses ad studium Christianarum virtutum, et nominatim ad diligentiam in utriusqueque vocatione adhibendam, serio exhortatur, addita sub finem optatione salutatione pathetica.

(2) Anno 51, ait Sepp, op. cit. tom. II, pag. 332.
(3) De authenticis hujus Epistolæ nostræ ætate in *Éclaircissement* vocata a De Wett, digna est præsertim quæ legatur Reichii Dissertatio: *Authenticité postérieure de Thessal. épistola vindicée*. Götting., 1829. Cf. D. Kläre, *Introduction aux livres de l'ancien et du Nouveau Testament* tom. V, p. 142 et seqq.

(1) Hujus Epistolæ argumentum tripartitum est, pro numero trium ipsius capitulum. Et *primo* quidem pars consolatoria est, que cap. I tractatur, ubi Apostolus docet eos suos adversus vexationes ob religionem sta-

Adventum Christi exspecta, ÆTERNITATEM cogita.